Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



·lx·

locupletantes. Tanquam nichil habentes et omnia possidentes.
Os nostrum patet ad vos. Fer quinta. lec. prima.
O corinthii. cor nostrum dilatatum est. non angustiamini in
nobis. Angustiamini autem in visceribus vestris. Eandem autem habentes
remunerationem. tanquam filiis dico. dilatamini et vos nolite iugi
ducere cum infidelibus. lec. ii. Quae enim participatio iusti
tiae cum iniquitate. Aut quae societas lucis ad tenebras. Quae
autem conventio christi ad belial. aut quae pars fideli cum infideli.
Quis autem consensus templo dei cum idolis. Vos enim estis
templum dei vivi sicut dixit deus. Quoniam inhabitabo in illis. et
inambulabo. et ero illorum deus. et ipsi erunt mihi populus. V. iii.
Habentes ergo promissiones karissimi mundemus nos ab omni in
quinamento carnis et spiritus perficientes sanctificationem in
timore domini. Capite nos. Neminem laesimus. Nemi
nem corrupimus. Non ad condempnationem vestram dico. Prae
diximus enim quod in cordibus nostris estis ad commorandum et conmedendum.
Multa fiducia est mihi apud vos. multa
gloriatio pro vobis. Repletus sum consolatione. superha
bundo gaudio in omni tribulatione nostra. Nam cum venissemus
in macedoniam. nullam requiem habuit caro nostra. sed omnem
tribulationem passi foris pugnae metus erat intus. lec. ii.
Qui consolatur humiles consolatus est nos deus in ad
ventu titi. Non solum autem in adventu eius. sed
et in consolatione qua consolatus est in nobis. Referens nobis
vestrum desiderium. vestrum fletum. vestram emulationem. pro me ita
ut magis gauderem. quoniam et si contristavi vos epistola non me
contristat etsi estis secundum deum. lec. iii. Spes
ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Nunc gau
deo non quia contristati estis sed quia contristati estis secundum deum poenitentiam in salutem stabilem operatam